

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG_0239

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT TRIGESIM. NONUM.

XXXIX. HOOFDSTUK.

*Arbor Ovigera. Aybosso.**De Eydragende-Boom.*

Arbor *Ovigera* silvestris penitus est, formam & magnitudinem gerens *Jambosæ* silvestris, & *Jambosæ* nigrae, atque dividitur in feminam & marem.

Femina seu vulgatissima magna gerit folia, oblonge cordata, superius sensim acuminata, novem & undecim pollices longa, sex septemve lata, inferius autem latissima sunt, nec multum sinuosa, ubi petiolus ipsis inplantatur, prope oras scabra sunt, coloris intense viridis, ac glabra. Foliorum petioli longi sunt & inordinati circa ramos, ex quorum alis alii longiores excrescunt, qui in summo in alios minores iterum dividuntur, quibus flores insident pusilli, albicantes, ex octo petalis constantes, ac semi-aperti, intus flava continentis stamina, pistillum vero fructus rudimentum externe obscure viret, interne purpurascit, ac demum nigrescit.

Vetustæ arboris folia sex pollices longa sunt, quatuor cum dimidio lata, junioris vero arboris quatuordecim pollices longa, ac undecim lata, inferius autem quinque costæ concurrunt. Quivis pedunculus in summo pomulum quasi sustinet, forma & magnitudine vulgaris *Jambosæ*, sed paulo rotundius ac magis compressum, externe pallide albicans, ad pomi colorem viridem adcedens, intus concavum penitus, ac superius fovea apertum, ita ut herbacea sit pellicula, qua fructus obtegatur, in ejus autem centro brevi in petiolo verus adparet fructus, magnitudine globuli sclopeti, qui ex rotundo parum compressus est, angulosus, & niger, sub exteriori autem cortice alius reconditur niger nucleus, obscura seu murina obductus lanugine, atque disfracto lignoso putamine duriuscula in conspectum venit medulla, substantiam habens instar veteris *Pinangæ* seu *Nucis moschatae*, qua compressa oleum exstillat instar seminum *Ricini*. Totius fructus odor ad illum pomi adcedit vel *Jambosæ*, quum incipiant putrescere, tantaque copia ex arbore dependent fructus, ut ovis quasi onusta videatur; Arboris lignum est album, molle, ac facile aquam inbibens, si ad naves adhibeatur.

Mas præcedenti similis est, sed plerumque sterilis, nec ullos producens fructus, ejus folia longis insident petiolis instar prioris, irregularia in ramorum summo, ipsorumque petioli inferiori infiguntur parti, ita ut folium ipsis inpositum videatur, quod quinque magnis venis distinguitur, nec auriculatum est, sed cordiforme, spithamam longum, septem, octo, & novem pollices latum, firmum, & glabrum, cujus apex ad latus semper inclinatur, si vero arbor senescat, folia multo majora excrescunt, hujus arboris medulla prope radices indurescit, ac parum nigrescit.

Nomen. Latine *Arbor Ovifera*, h. e. arbor ova gerens a fructuum forma, Amboinice *Aybosso*, in Hitoea *Ay Lanu Hossô*, & *Holo Holo*.

Locus. Ambæ in planis crescunt silvis haud longe a litore sitis, in vallibus juxta fluminum ripas occurrunt, ubi fructus in aquam procedentes in mare rapiuntur, & in litus projiciuntur, nullum vero animal illos edit, indicio noxiæ esse qualitatis: Femina in Hitoe ora crescit in districtu *Senalo*, Mas in litore *Ajlabædi*.

Ufus. Hæc arbor non peculiarem præbet usum, excepto quod ex ligno asseres formentur ad superiorem Corre Corre partem, præsertim ad puppim, quæ variis exciditur figuris, quum lignum sit molle & leve, in aqua autem non valet. Oblongos ex illo etiam formant clypeos *Salowakkos* dictos: atque folia ob amplitudinem ab Amboinensibus loco ferculi adhibentur: Nigrum maris cor circa radices excrescens a Javanis ad Hæmoptoen usurpatur, si cum aqua Rosarum vel ejus defectu, cum florum aqua conteratur ac propinetur, dimidia Terræ Catechu addita quantitate, ac pauxillo *Nucis Moschatae*: Arboris radix externe & interne albicat & sicca est, hanc *Rhizothomi* Amboinenses servant, quam exhibent cum *Pinanga* masticatam, si aliquis noxios comederit Cancros, similesque cibos.

Arbor *Ovigera* is een wilde boom, in de gedaante en grootte van de wilde *Jamboes*-boom, *Jambosa* nigra, verdeeld in wyfken en manneken.

't Wyfken of meest bekende heeft groote bladeren, als een langwerpige bart, na voren toe allenskens toegespitst, negen en elf duymen lang, ses en seven breed, en agter lopenze meest breed toe, zonder merkelyke kloven, alwaar den steel van onderen ingelaten werd, dog dicht by de kant styf, van verwe hoog-groen, en glad. De stelen zyn lang, en staan zonder order rondom de takken, uit welkers schoot al wederom andere en langere ontspringen, en die verdelen haar in 't uitterste alweer in andere, waaraan het bloeizel staat, zynde kleene witagtige bloempjes, van agt blaadtjes gemaakt, die half geopent staan, binnen met geele veseltjes, de korf in de vrucht is van buiten donker-groen, binnen purper, 't welk zwart word.

De bladeren van een oude boom zyn ses duimen lank, vier en een half breed, van een jonge boom veertien duimen lank, en elf breed, agter stooten vyf ribben te zamen, yder van dezelve draagt aan 't eynde een enkelde apeltje, in de grootte en gedaante, als een middelbare *Jamboes*, dog wat ronder, en gezetter, van buiten bleek-wit, en wat na den appel-groene trekkende, binnen gantsch hol, en boven met een gat of opening, zo dat het maar een kruidagtige schelle is, die de vrucht bergt, want in de midden op een kort steeltje ziet men de regte vrucht, in de grootte van een roer-kogel, dog uit den ronde wat gedrukt, boekig, en zwart, onder 't buitenste velletje leyd een andere zwarte korf, omgeven met duistere of muis-grauwe wolligbeyd, en deze boutagtige schale gebroken zynde, ziet men een bartagtige beest, van substantie als oude *Pinang* of *Note-muschbaten*, dewelke gedrukt zynde, geeft olie uit, gelyk de korls van *Ricinus*. De reuk van de gebeele vrucht is, als die van een appel of *Jamboes*, die begint te rotten, en hangen met zulken menigte aan den boom, dat by van verre schynt met eyeren beladen te zyn; 't Hout is wit, week, en 't water ligt in-zwelgende, als men 't aan den scheepsbouw gebruikt.

Het manneken is het voorgaande gelyk, dog meest zonder vruchten, de bladeren staan op lange steelen, als 't voorige, zonder ordre, aan 't voorste der takken, en de steelen zyn aan de onderste zyde van 't blad vast, zo dat 't blad schynt daar opgezet te zyn, en 't blad is met vyf groote aderen doorregen, agter zonder ooren, andersints regt als een bert, een span lank, zeven, agt, en negen duymen breed, styf en glad, en de spitze altyd een weinig ter zyde gebogen, maar als den boom oud word, werden de bladeren veel grooter, 't bert wyt dezen boom dicht by de wortel word hard, en weinig swart.

Naam. In 't Latyn *Arbor Ovigera*, dat is *Eydragende boom*, van gedaante der vruchten. Op Amboinsch *Ay Hossô*. Op Hitoe *Ay Lanu Hossô*, en *Holo Holo*.

Plaats. Beyde wassenze in de vlakke bossen, die niet verre van de zee kant staan, in de *Valeyen* wafst by langs de rivier-kanten, daar dan de vruchten in 't water vallende, woorts in zee gevoerd, en langs de strand versmeten werden, en geen gedierte wilze eeten, tot een bewys, datze geen goede boedanigheid moeten hebben. 't Wyfken wafst op de Kust van Hitoe, in 't district van *Senalo*, 't Manneken is op den strand van *Ajlahoe* gemeen.

Gebruik. Men heeft geen zonderlyk gebruik van dezen boom, behalven dat men uyt het hout zomtyds planken maakt, tot het bovenwerk van de *Corre Corren*, inzonderheid aan de agterstevens, die men met verscheyde figuren uytstryd, om dat het voos en ligt is, maar in 't water deugt het niet. Men kander ook de langwerpige schilden, *Salowakkos* van maken, en de bladeren wegens haare grootte dienen de Amboinezen tot *Tafelborden*; het zwarte bart omtrent den onderste stem van het *Manneken* vallende, werd by de Javanen gebruikt tegen 't bloedspouwen, het zelve met rooze-water (of by desselfs gebrek) met bloemwater gewreven innemende, daar by doende half zo veel *Catsjo*, en een weinig *Noot Muschbaten*. Zyn wortel is buyten en binnen witachtig en droog, dezelve bewaren de Amboineze *Wortel-mannen*, om in te geven, of met *Pinang* te knouwen, wanneer iemand schadelijke *Crabben*, of diergelyke kost gegeten heeft.

Tabula Centesima Vigesima Tertia

De hondert drie- en twintigste Plaat

Ramum exhibet arboris *Oviferae*, floribus fructibusque onustum.

Ubi Litt. A. totum denotat fructum

B. Eundem dissectum, ut verus fructus in situ naturali conspiciatur.

C. Eundem exhibet exemptum.

Vertoont een Tak van de Ey-dragende Boom, met zyn bloemen en vruchten.

Alwaar Lett. A. een vrucht in 't geheel verbeelt.

B. Dezelve geopent, op dat de waare vrucht van binnen gezien wert.

C. Is dezelve daar uytgenomen zynde.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

XL. HOOFDSTUK.

Lanius. Lani.

De Lanie-Boom.

HÆc species habetur illius arboris, quæ *Rex Amaroris*, seu *Soulamou*, supra libr. 2. descripta invenitur, cujus femina habetur, quum vero nimium inter sese differant, hic peculiari capite eam describere volui. Diu arbuscula est humilis, ac flagellis suis sæpius juxta alias ascendit arbores, tandem vero ad Pinangæ crassitiem excrescit, cujus truncus angulosus & irregularis est, ejus cortex ex cinereo rufescit, in ramis vero nigricat, ficcus est, ac succo fere destitutus. Ex infimo cortice radices quædam deorsum sese extendunt, quæ in fibrillis sese dividunt, uti in Varingæ trunco id conspiciatur.

Folia ad illa Canarii quodammodo adcedunt, suntque sicca, firma, a novem ad duodecim pollices longa, superius obtusa, seu subrotunda, quatuor & quinque pollices lata, atque solitaria circa ramulos brevibus insident petiolis, nervus medius utrimque protuberat, paucasque gerunt costas transversales, quæ circa oras divaricant, quarum interstitia tenuissimis venulis repleta sunt.

Flores progerminant ex longo, tenui, & recto petiolo, vix culmum crasso ac superius trifido, hujus summo tres insident flores ex quatuor petalis compositi, ad unguem fissi, ac parum extrorsum inflexi, coloris purpurascens, qui intus repleti sunt staminulis quibusdam luteis, antheras parvas gerentibus, in quorum centro pistillum erigitur rotundum, quod in fructum excrescit similem minori *Nannam* seu *reni*, vel instar semi-plenæ lunæ, qui inferius tenui sulco divisus est, ac planus, sed in medio protuberans, binos cum dimidio digitos transversales longus, binos latus, externe glaber, gilvus, tenuique pellicula tectus, mollis, & lanuginosus, sub qua putamen reconditur tenuibus ex fibris compositum, sed crassum, in cujus centro nucleus planus locatus est, qui in vetustis fructibus conquassatus sonitum edit, ejusdem cæterum formæ, albus, & ficcus: totus autem fructus amarissimus est, eundemque fere gerit saporem, quem *Rex amaroris* seu *Soulamoe Pohon*, unde & ejus species quoque habetur. Amarities diu manibus adhæret, si recentes tractentur fructus. Ex trunci vertice multi breves & intricati sursum & deorsum incurvi excrescunt rami, radices mentientes. Inferiores radices frequentissimæ sunt & intricatæ, quarum quædam juxta & supra solum proserpunt, instar *Mangiorum*.

Trunci & ramorum cortex primo salsus est, ac dein amarus. Lignum est pallidum, leve, & molle instar illius, quod *Rex amaroris* gerit, cum quo sapore convenit, quum observaverim similem amaritatem esse in radicibus, omnibusque trunci partibus, maximam vero in fructibus. Recens cæsum lignum amarum quoque spirat odorem, ad illum *Anticholerica* adcedentem.

Nomen. Latine *Lanius*, juxta Hitoensè *Lani*, Manipensibus generali nomine *Upas* dicitur. Ternatensibus *Onne Onne*.

Locus. In Hitoes regione occurrit circa *Wackalam* & *Lienam*, item in *Manipa* in litore veteris *Taniwaro*, uti & in parvis *Massavoy* insulis, semper in arenoso solo circa litora. In Ternata quoque reperitur, sed rarissime, in litore etiam, ejusque fructus ibi adhibentur contra *Choleram* seu *Upas*.

Ufus. Arbuscula est raro obvia, unde & paucis nota, ac primum mihi demonstrata ab Æthiopibus Hitoensibus. Ejus lignum ad tigna inutile est, fructus autem ejus excellenti pollet virtute Medica, cum vero

Soula-

MEn reekent dit voor een zoorte van *Rex Amaroris*, of *Soulamou*, boven lib. 2. beschreven, en houden hem voor het wyfken, dewyl by te veel daar van verschild, heb ik hem hier in 't byzonder willen beschryven. Hy blyft lang een laag boompje, en kruypt dikwils met zyne takken langs andere boomen, eyndelyk werd by zo dik als een *Pinang-boom*, boekig en ongeschikt van stam, met een schorse uyt den graawen na 't rosse trekkende, doch aan de takken swartachtig, droog, en zonder merkelyk zap. Uyt de onderste schorse schieten eenige wortelen na beneden, die zig in vezelingen verdeelen, gelyk men aan de *Varinga-stam* ziet.

De bladeren zyn die van de *Canary* eenigzints gelyk, droog, styf, van 9. tot 12. duymen lang, doch voren stomp of rond, 4. en 5. duymen breed, en staan enkelt rondom de takjes op korte voetjes, de middel-senuewe puyt ter wederzyde uyt, en heeft weinige dwers-ribben, dewelke zig omtrent de kanten zeer verdeelen, en de tuffen-plaatzen zyn met fyne adertjes dicht uytgeweven.

Het bloeyzel komt voort aan een lange, dunne, regte steel, schaars een stroo-balm dik, die zig boven in drien verdeelt, dragende ieder deel een bloem uyt vier blaadjes gemaakt, die tot beneden toe van malkander splyten, en een weinig na buyten omgebogen zyn, van couleur na den paarre trekkende, van binnen uytgevult met eenige geele vezeltjes, met kleene nopjes boven op, staande op een rond kegeltje, waar uyt de vruchten worden, gelykende een kleene *Nannam*, of nier, of als een volwassene nieuwe *Maan*, met een kleene vooren aan den buyk, plat, doch in de midden uytbuylende, 2½ dwers-vinger lang, 2. dito breed, van buyten effen, vaal, en met een dun velken bedekt, sagt en wolachtig in 't gevoelen, daar onder legt een dundradige, doch dikke bolster, en in de midden een platten korf, dewelke in de oude vruchten schuyld, meest van dezelfde gedaante, wit, en droog; de gantsche vrugt is zeer bitter van smaak naar *Rex amaroris* of *Soulamoe Pohon* trekkende, daarom men het ook voor een zoorte daar van houd. De bitterheid blyft lang aan de handen kleven, als men de versche vruchten handelt. Uyt den bovensten stam, ziet men veele korte en verwerde takken op en neerwaarts gekromt, als of het wortelen waren. De onderste wortelen zyn zeer veel en door malkander ververt, waar van zommige langs, en boven den grond kruypen, gelyk aan *Mangi Mangi*.

De schorse van stam en takken is in 't eerst brak, daar na bitter. Het hout is bleek, ligt, week, als dat van *Rex amaroris*, met wien het in smaak overeenkomt, hoewel ik bevonden heb, dat eenderley bitterheid in de wortelen, en in alle de deelen des stams, doch de grootste in de vruchten is. Het versche gekapte hout heeft mede een bitteren reuk, na *Anticholerica* trekkende.

Naam. In 't Latyn *Lanius* na 't Hitoëze *Lani*, Manipes, met een gemeene naam *Upas*. Ternataansch *Onne Onne*.

Plaats. Men vind hem op het Landt van *Hitoe*, omtrent *Wackal* en *Lier*: Als mede op *Manipa*, op den strand van oud *Taniwaro*: Als mede op de kleene Eylandkens van *Massavoy*, altyd op een zandige gront omtrent de stranden. In Ternaten vind men hem ook, doch zeer zelden, mede op strand, en zyne vruchten gebruykenze tegens het bord of *Upas*.

Gebruik. Het is een boompje zelden te vinden, dierhalven ook nog weinig bekent, en 't is my 't eerst van de *Hitoëzen* Mooren getoont. Het hout deugt niet tot timmeren, maar de vrucht heeft een groote Medicinale kragt, 't op-